

## Prologus

**I**ncipit prologus sancti hieronimi  
in danielē prophetam.

**D**anielē prophetā  
iuxta septuaginta interpretes  
dñi saluatoris ecclie nō legūt.  
vrentes theodocionis editōe.  
et hoc cur acciderit nescio. Siue em̄ qz ser-  
mo chaldaicus est. z quibusdā proprietati-  
bus a nō eloquio discrepat. noluerūt lxx-  
interpretes eadem linguē lineas in transla-  
tione seruare. siue sub noie eoz: ab alio ne-  
scio quo nō satis chaldaicam linguā sciēte.  
editus est liber. siue aliud quid causē exte-  
rit ignorās. hoc vnū affirmare possū qd ml-  
tum a veritate discordet. z recto iudicio re-  
pudiatus sit. Sciendum quippe danielē  
marie z esdrā. hebraicis quidē litteris. sed  
chaldaico sermone cōscriptos. z vnam hie-  
remie picopen. iob quoqz cū arabica lingua  
plurimā hie societatem. Deniqz z ego ado-  
lescens post quintilianī z tullij lectōnē  
ac flores eius rhetoricos cuj me in lingue  
huius pristinū reclusissem. z multo sudore  
multoqz tempe vit cepissem anelantia stri-  
dentiaqz verba resonare. z quasi p criptaz  
ambulans. rarū desūp lumen aspicerem in  
pegi nouissime in danielē. z tāto tedio affe-  
ctus sum. vt desperatōe subita omnē labo-  
rem veterem voluerim contemnere. Clerū  
adhortante me quodam hebreo. z illud mi-  
hi sua lingua crebrius suggerēte. labor oīa  
vincit improbus. qui mihi videbar sciolus  
inter hebreos: cepi rursus discipulus esse  
chaldaicus. Et vt verū fatear. vsqz in p̄sen-  
tem diem magis possū sermonē chaldaicū  
legere z intelligere q̄ sonare. Nec idcirco  
refero vt difficultatem vobis danielis ostē-  
derem. qui apud hebreos nec susāne habz  
hystoria. nec hynnū triū pueroz. nec belis  
draconisqz fabulas. quas nos qz i toto oz-  
be disperse sūt. veni anteposito easqz iugu-  
lante subiecimus ne videremur apud impe-  
ricos magnā partem voluminis detruncasse.  
Audiui ego quendā de p̄ceptozibus iudēo-  
rū cū susanne derideret hystoria. z a grēco  
nescio quo eā diceret esse confictā. illud op-  
ponere qd origeni african⁹ opposuit. ethi-  
mologia hāc apo thoy chynoychysē z apo  
thoy p̄znoi p̄zysē de grēco sermōe descēde-  
re. Cui⁹ rei intelligentia nos nris hāc possū  
mus dare. vt vbi grā dicamus de arboze  
yllice dixisse eū ilico pereas. z a lentisco in-  
lentē te cōminuat angelus. vel nō lente per-  
eas aut lentus. i. flexibilis p vicia ducaris  
ad mortē. siue aliud quid ad arboris nomē  
cōueniens. Deinde tm̄ fuisse ocij trib⁹ pue-  
ris cauillabā. vt in camio estuatis incēdij  
metro luderēt. z per ordinē ad laudem dei  
elementa prouocarent omia. aut qz miracu-  
lū diuineqz aspirationis indicij. vel draco-  
nem interfectum offa picis. vel sacerdotuz  
belis machinas dep̄chēsas q̄ magna pru-

dentia solertis viri. q̄ prophetali essent spū  
ppetrata. Cū vero ad abacuc puenerat z de  
iudēa ad chaldēa raptū discolorū id est di-  
scū ferentē cibū lectitabat. querebat exēplū  
vbi legissemus in toto v̄sti testam̄to queqz  
scōz graui volasse corpe z in puncto hoze  
tanta terrarū spacia transisse. Cui cū qdam  
e nostris satis promptulus ad loquendu m  
ezechielem adduxisset i mediū. z diceret eū  
de chaldēa in iudēa fuisse translatū. der sit  
hominē. z ex ipso volumine demonstraui  
ezechielem in spūitu fuisse transpositū. De-  
niqz z apostolū n̄m videlicet vt eruditū vi-  
rū. z qui legē ab hebreis didicisset nō fuisse  
ausū affirmare se raptū in corpe. sed dixisse  
Siue in corpe siue extra corpus nescio de-  
scit. Dis z talibus argumētis apocrifas in  
libro ecclie fabulas arguebat. Sup qua-  
re lectoris arbitrio iudiciū relinques illud  
ammonco non haberi danielē apud hebre-  
os inter prophetas. sed inter eos qui agio-  
grapha conscripserūt. In tres siquidē p̄es  
omnis ab eis scriptura diuidit. in legem in  
pphetas z in agyographa. i. i quibz z octo  
z vndecim libros de quo nō est huius tem-  
poris differere. Quē aut ex hoc p̄pheta imo  
contra hūc libzū porphirius obijciat. testes  
sunt methodius. eusebius. z appollinaris  
qui multas versū milibus eius vesaniē re-  
spondentes. nescio an curioso lectori satis  
fecerit. Unde obsecro vos o paula z custo-  
chium undatis pro me ad dñm p̄ces vt  
q̄ diu in hoc corpe sū. scribā aliquid gratis  
vobis. vtile ecclie. dignū posteris. Presen-  
tiū q̄ppe iudicis oblatrātū nō satis moue-  
oz qui in vtrancqz p̄tem aut amore labūtur  
aut odio.

**S**ciendū aut nullū p̄phētā tam apte de christo scri-  
psisse vt iste. Nā z tempus notauit aduentus z re-  
ges per ordinem. z annos enumerat z manifesta signa.  
Quē qz porphirius vniuersa vidit cōpleta z transecta  
negare non poterat veritate superatus. vt ipse idem di-  
cit in alio loco. odero si potēro li non inuitus amabo. in  
hanc prorapit calūniā vt que in cōsumatione mūdi de  
antichristo futura dicunt. p similitudine quadā gesto-  
z sub antiocho epiphane. impleta contendant. Sed eius  
impugnatio testimonij veritatis est. tanta em̄ dic oīa  
fides fuit vt propheta incredulus nō videat futura di-  
xisse. sed preterita narraſse.

**D**anielē nō iuxta lxx interpretes. s̄ iuxta theodocionē chri-  
sti legit ecclia. q̄ post aduentū christi incredulus fuit. licet  
eū qdā dicāt hebreonitā. q̄ alio genere iudē⁹ ē. qz ex par-  
te matris.

**S**usanne aut z belis ac draconis fabula non habet  
in hebreo s̄ pars est ibi p̄phētie abacuc. filij iehu de tri-  
bu leui. sicut iuxta lxx interpretes in titulo eiusdē belis fa-  
bulę ponit. Homo quidā erat sacerdos nomine daniel  
filius abda. cōiuna regis babylonis. Danielē aut z tres  
pueros de tribu iuda fuisse scriptura testat. Nō autē  
scilicet. hō quidā zc. dixit abacuc nō ille qui fuit ex duo-  
decim p̄phētis.

**C**ontra danielē vicisimūsecundū libzū scripsit por-  
phirius. nolēs eū ab ipso cuius inscriptus est noie esse cō-  
positum sed a quodā qui tempe antiochi epiphane in  
iudēa fuit. nec tam ventura dixisse q̄ preterita narraſse  
z qd vsqz ad antiochū dixerit verā hystoriā esse. si qd